



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Capitularia Regvm Francorvm**

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae  
doctissimorum virorum

**Baluze, Etienne**

**Parisiis, 1677**

6. Notitia de mancípio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-22974**

aut illa emissa persona , quæ contra inge-  
nuitatem istam venire aut eam infrangere  
tentaverit , sifco discutiente solidos tri-  
ginta multæ componat , & quod repetit  
per nullum ingenium evindicare valeat ;  
præfens ingenuitas & merces nostra firma  
& stabilis permaneat , cum stipulatione  
subnixa . Actum in loco illo .

*Venditio de servo.*

II. Domino magnifico fratri illi emp-  
tori , ego in Dei nomine ille venditor . Con-  
stat me , non imaginario jure , nec nullo  
cogentis imperio , sed proprio voluntatis  
mea arbitrio tibi vendere , quod ita &  
vendi , à die præsente , vernaculum ju-  
ris mei nomine illum , non furem , non  
fugitivum , nec cadivum , nec ullum vi-  
tium in se habentem , sed in omni corpore  
scimus eum sanum usque ad annum &  
diem . Et accepi à te in pretio pro hoc ,  
juxta quod mihi bene complacuit vel con-  
venit , solidos tantos , ita ut ab hac die  
memoratum vernaculum superius deno-  
minatum , quem dato pretio de me legi-  
bus comparasti , habeas , teneas , atque  
possideas , & quicquid exinde facere vo-  
lueris , liberè & firmissimè in tua perma-  
neat potestate ad faciendum . Si quis verò ,  
quod fieri non credo , si fuerit , aut ego  
ipse , aut ullus de heredibus meis , qui con-  
tra venditionem istam venire aut eam in-  
frangere tentaverit , sifco discutiente solidos  
triginta multæ componat , & quod re-  
petit nihil evindiceret , sed præfens &c .

*Venditio de terra.*

III. Domino magnifico fratri illi emp-  
tori , ego in Dei nomine ille venditor . Con-  
stat me , non imaginario jure , nec  
ullo cogentis imperio , sed proprio voluntatis  
mea arbitrio tibi vendere , quod ita &  
vendi , à die præsenti bunuaria  
tanta de terra arabili , in loco nuncupante  
illo , qui est in pago illo , quem de parte  
parentum meorum tam & de alode quam  
& de comparato vel de quolibet adracto  
ad me legibus obvenit , hoc est , de uno  
latere terra illius subjungit , de alio latere  
illi , & de uno fronte terra illius , de alio  
verò fronte per viam publicam . Et accepi  
à te in pretio taxato pro hoc , juxta quod  
mihi bene complacuit vel conventum fuit ,  
solidos tantos , ita ut ab hac die memora-  
tam terram superius denominatam , quam  
de me legibus comparasti , ipsam hanc ha-  
beas , teneas , possideas , vel quicquid exinde  
facere volueris , libera in omnibus Chri-

Tom. II.

sto propitio in tua permaneat potestate ad  
faciendum , & cetera .

*Venditio de servo ad Ecclesiam.*

IV. Breve in vicem venditionis qualiter  
vendidit homo aliquis nomine ille ad  
Ecclesiam aliquam nomine illam vernacula-  
num suum nomine illum , à die præsente ,  
non furem , non fugitivum , non cadivum ,  
nec ullum vitium in se habentem , sed in  
omni corpore scimus eum sanum usque ad  
annum & diem . & sicut superius factum  
est .

*Donatio ad sponsam.*

V. Dum Dominus ab initio concessit in  
veteri testamento & precepit ut relinquat  
homo patrem & matrem & adhæreat suæ  
uxori , ut sine duo in carne una , & quod  
Dominus conjunxit homo non separat .  
Ego enim in Dei nomine ille , dulcissime  
conjugi meæ illi . Dum & ego te per soli-  
dum & denarium secundum legem Salici-  
cam visus fuī sponsare , ideo in ipsa amoris  
dulcedine dabo ergo tibi à die præsente ,  
quod in perpetuum volo esse mansurum ,  
rem pro portione mea in loco nuncupante  
illo , qui est in pago illo , qua de parte pa-  
rentum meorum ad me legibus obvenit ,  
hoc est , in ipsa portione , mansis ad com-  
manendum , cum casticiis , suprapositis , ter-  
ris arabilibus , & mancipiis , vel quicquid  
in ipsa portione est asperatum , tibi dico  
esse donatum atque firmatum ; ut quando  
die felicissimo nuptiarum insimul nos Deus  
conjunixerit , ista omnia superius conscrip-  
ta in tua permaneant dominatione ad pos-  
fidendum . Si quis verò &c .

*Notitia de mancipio.*

VI. Cum resedisset ille Vigarius inlu-  
stris viri illius Comitis in illo mallo publi-  
co , unā cum ipsis Scabinis qui in ipso mallo  
resedebant ad causas audiendas vel recta  
judicis terminanda ; ibique veniens mo-  
nachus sancti illius , vel ille Abbas nomine  
illo , de illo monasterio , unā cum advo-  
cato sancti illius nomine illo , feminam ali-  
quam nomine illam interpellabat , repe-  
bat ei dum diceret eō quod colonia esset  
sancti illius , de curte sua que dicitur illa ,  
de parte aviae sua nomine illius quandam ,  
& ipsa illa & de ipso servitio sancti illius  
negligens aderat ; sed ipsa femina de præ-  
senti adstare videbatur , & nullatenus ha-  
buit quod dicere nec opponere nec trade-  
re rationes per quas de ipso servitio sancti  
illius se abstrahere potuisse , sic ei in præ-  
senti fuit judicatum , ut ipsum servitium san-  
cti illius , unde negligens aderat , ipsi advo-

ii

cato sancti illius revudiare deberet, quod ita & fecit, & se ad ipsum servitum sancti illius ibi se in presenti recredit. Exinde opportunum fuit ipsos monachos sancti illius, vel ipsum advocatum sancti illius nomine illum, talem notitiam ante ipsas personas que in ipso mallo residebant manib[us]que eorum roboratas accipere, quod ita & fecerunt, ut omni tempore ipse advocatus, vel causa sancta illa vel ille Abbas, vel successores sui, ipsam feminam superius nominatam vel agnitionem suam ad opus sancti illius habentem evindicatam atque eligitam. Praesentibus his quorum praesentia actum fuit. Facta notitia in loco illo publiciter.

*Notitia de homicidio.*

VII. Dum & per plures homines ponitur in notitia qualiter veniens homo aliquis nomine ille in contubernio, hominem aliquem nomine illum ipsum ibidem adfallisset, & ipsum ibidem interfecisset vel occidisset; sed venientes parentes & amici ipsius hominis interfeciti ante inlustrem virum illum Comitem, interpellabant ipsum hominem qui eorum parentem in contubernio adfallisset vel interfecisset; sed ipse ille in praesenti adstare videbatur, & hanc causam nullatenus potuit denegare, sed taliter fuit professus quod instigante inimico ipsum hominem interfecisset vel occidisset. Tunc taliter ei judicaverunt, ut ipsam leudem vel ipsum homicidium ad ipsos parentes legibus transfolvere deberet, quod ita & fecit. Sed postea in ipso placiato ei fuit judicatum ut ipsi parentes talem epistolam securitatis manu eorum vel bonorum hominum firmatam ei fieri vel conscribere deberent, quod ita & fecerunt, ut post hunc diem nec ipsi illi, nec ullus in causa iporum, nec ulla opposita persona de prefato morte illius quondam, nec de ipso homicidio, nec de ipsa leude nullam reclamationem nec nullum impedimentum pontificium non habeant ad faciendum. Qui hoc facere voluerit, ipsos solidos per manus reddat, & ob hoc solidos tantos unam cum fisco discutientibus multa componat, & qui reperit nihil evindetur.

*Securitas de homicidio.*

VIII. Cum resedisset inlustre vir ille Comes in illo mallo publico ad universorum causas audiendas vel recte judicia terminanda, ibique veniens homo aliquis nomine ille repetebat ei, dum diceret eō quod ipse ille hominem suum nomine il-

lum quondam bene ingenuum in via malo ordine ipsum adfallisset, & ipsum ibidem interfecisset vel occidisset, & rauba sua, caballos, aurum & argentum, & drapalia exinde tulisset vel deportasset, vel leudem contra legem ibi burisset; sed ipse ille de praesenti adstare videbatur, & hanc causam nullatenus potuit denegare; sed taliter fuit professus, quod faciente inimico ipsum hominem occidisset vel interfecisset; sed taliter in ipso mallo ei judicaverunt, ut ipsum hominem vel ipsam leudem legibus exinde transfolvere deberet, quod ita & fecit. Sed postea apud ipsum Grafionem vel apud ipsos bonos homines qui in ipso mallo resedebant epistolam securitatis manu eorum firmatam accipere deberet, quod ita & fecit, ut post hanc diem nec ipsi illi, nec ullus de heredibus suis, nec ullus in causa iporum & hominis interfeciti quondam, nec ulla opposita persona de praesenti die de ipsa morte illius, nec de ipso homicidio, nec de ipsa leude contra ipsum illum nullam reclamationem nec nullum impedimentum pontificium non habeat ad faciendum; & qui hoc facere presumperit, duplum tantum quantum ipsa leodus continet, & partibus cui haec facta est, unam cum socio fisco coactus multa componat, & quod repetit vindicare non valeat.

*Donatio quam pater facit filio suo.*

IX. Dulcissimo atque amantissimo filio meo illi, ego in Dei nomine ille genitor tuus. Dum & ego te dulciter enutriui, & tu mihi fideliter defervisti, vel tuum servitum vel benevolentiam circa partem nostram habemus, compertam, ideo in ipso amore dulcedinis vel tuo servitio componente, dabo ergo tibi à die praesente quod in perpetuum volo esse mansum, hoc est, mansum ad commandum cum casticia, superposita, terra arabilibus, & mancipiis his nominibus illis & illis, ut per hanc epistolam donationis vel deliberationis nostrae manu mea vel bonorum firmatam, ut quandiu adivis tam tu ipse quam hereditas tua, contra tuos germanos & germanas quieto ordine vel eligato valreas possidere vel dominare. Propterea hanc epistolam traditionis vel deliberationis nostrae manu mea firmatam exinde tibi fieri vel conscribere rogavi, ut de praesenti die de ipso manfo, vel quicquid ad ipsum mansum aspicit, & ipsa mancipia superius denominata hoc habeas, teneas, atque possideas.